



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 5. Crux prodigiose apparens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

balliani viduam, uxorem dedit. Gallus Sæculum IV. A. C. 351.
 annum vitæ agebat vigesimum quintum, quem etiam Constantium nominari, non
 nunquam legitur, hoc nomine ei ab Im-
 peratore imposito. Cæsaris Potestate Sozom. V. hist. c. 19.
 auctum Antiochiam dimisit; ibi Gallus
 S. Babylæ reliquias in suburbium, a Daph-
 ne dictum, transferri iussit, ut locum a
 superstitionosa turpitudine, & impudicitii
 ibi committi solitis, purgaret. Ex hoc
 nulla amplius oracula, quæ templi &
 Apollinis famam celeberrimam fecerant,
 reddita.

§. V.

Crux prodigiose apparens.

Circa idem tempus, quo Gallus Antio- Socr. II. c. 28.
 chiam venit, grande prodigium in
 Oriente visum. Crux fulgens supra Ci- Soz. IV. c. 5.
 vitatem Jerosolymam in Cœlo apparuit,
 a monte Calvariæ usque ad montem oli-
 varum per quindecim stadia, quæ prope
 tres partes unius leucæ conficiunt, exten-
 sa, latitudo crucis longitudini par erat;
 non tenues radii, quales Cometæ esse so-
 lent, sed densissima fulgidæ lucis colle-
 ctio conspiciebatur. Hoc Phænomenum
 clarissima die circa horam nonam matu-
 tinam septima Maji, hujus anni 351 vi-
 sum, omnes Jerosolymæ habitatores
 perterruit; relictis foris, domibus, &
 quidquid operis in manibus erat, ad
 Eccle-

Sæculum IV. Ecclesiam decurrebant cum uxoribus,
 A. C. 351. & infantibus; omnes Jesum Christum
 laudare, & Divinitatem ejus publice con-
 fiteri. Rei novitas brevi per orbem a
 peregrinis ex omni Mundi Regione nullo
 non tempore Jerosolymam confluentibus,
 ut orarent, & loca Sancta visita-
 rent sparsa est. (*) Hoc prodigio con-
 specto, magnus Paganorum, & Judæo-
 rum numerus in Christum credidit. (*)

Hæc

(*) En antiquitatem piarum Peregrinationum
 contra Protestantes, qui eas absolute rejiciunt.

Anonymus I. ad hunc locum dicit: *Ecc
 Exemplum antiquissimum piarum peregrinatio-
 num, quibus Fleurius in alio loco non favet.* In-
 de saltem hoc sequitur, quod Fleurius etiam illa
 quæ sibi non placent, sine necessitate sicut sunt,
 referat. Ita moderate pro more suo Anonymus I.
 At vero Anonymus II. in Proloquio ad suas ob-
 servationes dicit; Fleurium esse Auctorem, qui
 nobis tanquam Monstrum exhibet Ecclesiam Ro-
 manam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Domi-
 nam, eosque, qui huic Ecclesiæ per aliquot Sæ-
 cula præfuere, tanquam pessimorum affectuum
 omnium, qui Humanitatem inquinant, mancipia.
 An his verbis sua constet veritas Lectorum, præ-
 fertim illorum, qui totam Fleurii Historiam lege-
 runt, judicium esto. Certe nullibi quam in Fleurio
 fufius per omnia Sæcula SS. Pontificum facta,
 Virtutes, Zelus, Prudentia, exantlati pro Eccle-
 sia labores, Doctrina, libri editi, Laudes, & En-
 comia leguntur. Nihil unquam, quod laudabile,

Hæc multis referentibus Imperator ^{Sæculum IV.}
 Constantius audivit, & S. Cyrillus Episco- ^{A. C. 351.}
 pus Jerosolymitanus, qui novissime S. Ma-
 ximo successerat, epistolam scripsit, quam
 habemus, ubi miraculum narrat in hunc
 modum: *Constantini, Patris tui, felicitis*
memo-

& notatu dignum, ullus SS. Pontificum gessit,
 quod Fleurius in sua Historia omiserit. In qui-
 busdam Sæculis, aliquorum vitia non tacentur,
 quæ tam ante, quam post Fleurium in mille li-
 bris occurrunt. Ubi deinde sermo est de Pere-
 grinationibus, & Bellis Cruciatibus, Anonymus II.
 eorum incommoda tam in Spiritualibus, quam in
 temporalibus a Fleurio adducta refert quidem,
 pag. 64. sed non refutat, nisi adjecta Ironia, quæ
 nihil probat. Quod autem attinet ad peregrina-
 tiones privatorum, quæ nostra ætate ad Ecclesias
 ob Christi Domini, vel Beatissimæ Virginis Simu-
 lacra, Beneficiis collatis clara, celebres suscipi
 solent, sunt quidem in se piissimæ, & omnium
 Sæculorum exemplis approbatæ, nihilominus in-
 ter cætera Christianorum bona opera magis pe-
 riculosa, nisi magna circumspectio adhibeatur.
 Divitibus cavendum ne ejusmodi Profectio ma-
 gis commoditati, & voluptati serviat, quam Re-
 ligioni. Viris quibusdam attendendum, ne per
 nimium potum unacum pecunia totum pii itine-
 ris Meritum absorbeant. Tandem diligenti cau-
 tione opus est, ut puellæ peregrinantes, præfer-
 tim pauperes, ea integritate corporis, & animæ,
 qua egressæ sunt, ad domum paternam rever-
 tantur.

oribus,
 Christum
 lice con-
 orbem a
 ne nullo
 influenti-
 a visita-
 gio con-
 Judæo-
 dit. (*)
 Hæc
 inationum
 rejiciunt.
 it: Ecce
 egrinatio-
 favet. In-
 etiam illa
 ficur sunt,
 onymus I.
 suas ob-
 orem, qui
 lesiam Ro-
 & Domi-
 liquor Sa-
 affectum
 mancipia-
 rum, præ-
 oriam lege-
 in Fleurio
 cum facta,
 pro Eccle-
 les, & En-
 laudabile,
 &

Sæculum IV. *memoriæ temporibus salutare lignum Cru-*
A. C. 351. *cis Ierosolymæ inventum est; te autem*
imperante non jam a terra, sed a Cælo
signa veniunt; ecce enim his Sanctis Pen-
tecostes diebus, Nonis Maji, circa horam
tertiam Crux maximæ molis, & materia
splendidissimæ supra Sanctum Golgotba ap-
paruit, totum Cæli spatium ab hoc monte
usque ad montem olivarum occupans, non
uni vel alteri incolarum nostrorum, sed
universo civitatis populo conspicua. Pha-
nomenum transiens, quod suspicari primum
esset, non fuit, quod pluribus horis substi-
tit coram omnium oculis, solis lumen suo
fulgore superans, haud dubie obscurandum,
nisi Sole fortius fuisset. Illico omnis po-
populus in Ecclesiam advolavit, mixta pav-
ri lætitia, juvenes, & senes, viri femina-
que, & puellæ, quas alias modestia domo
exire prohibebat; Christiani quoque indi-
genæ, & peregrini, atque diversis e locis
advenæ Pagani ad spectaculum prodire.
Omnes unanimiter Dominum nostrum Je-
sum Christum, Filium Dei unigenitum
laudabant, qui tanta patravet miracula,
propriis oculis veritatem Christianæ fidei
videntes, cui Cælum ipsum testimonium
redderet. Quos hic S. Cyrillus dies Pen-
tecostes vocat, nemo illa festa esse credat,
quæ hodie diem Pentecostes sequuntur,
sed stylo veteri dies præcedentes, nempe
quingenta temporis Paschalis dies.

Sub

Sub finem votum adjungit, ut Imperator Sæculum IV. Sanctæ, & consubstantiali Trinitati in A. C. 351. aeternum gloriam det; ex quo colligitur S. Cyrillum fidei Nicænæ sincerissime adhæsisse, quamvis Acacii Cæsariensis amicitiam coleret, a quo Episcopus fuerat ordinatus.

§. VI.

Concilium Sirmiense. Photinus depositus.

Imperator post Vetricanionis abdicatio- *Socr. II. c. 28. 29.* nem in Pannonia remansit, ubi misso adversus Magnentium exercitu, quid de Belli eventu fortuna statuisset, expectabat. Eodem anno illuc Concilium convocavit, nempe 355. post Sergii, & Nigriani Consulatum, nam per Belli civilis tumultus non fuere Consules, quorum in toto imperio valuisset auctoritas, hinc a Consulatu priorum hic annus designari debuit. Hoc Concilium ex multis Orientalibus Episcopis, qui Imperatorem comitati fuerant, constabat; præcipui fuere Narcissus Neroniadenus, Theodorus Heraeleensis, Basilius Ancyranus, Eudoxius Germaniciensis, Demophilus Bereensis, Cecropius Nicomediensis, Silvanus Tarsensis, Macedonius Mopsuestanus, & Marcus Arethusanus. Ursacius, & Valens quoque aderant, & universim viginti duo Episcopi. Conveniendi causa erat de

Hist. Eccles. Tom. III. Nn po-